



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mechlinia Illustrata Luce Miraculorum S. Francisci Xaverii
Orbis Utriusque Solis Ac Thaumaturgi Chronicis Distichis
evulgata Anno M.D.C.LXVI.**

Grumsel, Gérard

Mechliniae, 1666

Elegia Qvinta. Cæcitas ab oculis depulsa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13399

ELEGIA QUINTA.

Cæcitas ab oculis depulsa.

CVM tVV s hInC ILLInC eXCVrrIt In æqVora Vates,
 SanCtaqVe VI sã tVã gesta tot Vrbe refert;
 hVC age, nVnC rVrsVs CeLeres eXporrIge VVLtVs;
 In tVa tot LVCl sI gna, MaLIna VenI.
 sIt LICet hæC DeXtræ pICtIs VenientIs ab InDI s;
 HIs qVoqVe nVnC terrIs LVX qVasI faCta tVa est,
 HãC eX LVCE tVos partIrls, habesqVe trIVMphos;
 CVL tVs & Ipse tVæ pLVs LoCVs VrbIs erIt.
 Lenta LoqVor; nVnC est: hVC IaM VICInIa sVppLeX,
 Et BaVarVs, TeVto, CeLta, BrIttoqVe VenIt.
 QVIsqVe sIt hInC frVCtVs sI VoLVere Coner; VbIqVe
 ILIas est ChronICIs IVsta fVtVra Mels.
 pLVra LIqVent VVLgo, nos pLVra sILebIMVs ILLI:
 paVCa pLaCet VersV, VeraqVe gesta seqVI.
 NeC LICet Hyblæas, tot & Inter oLentIs HyMettI
 Erret opes; CVnCtas AttICa gVstat apls.
 HãC VeL ab hIstorIã (taCeo sIC MILLe) LIqVeblt
 XaVerII qVaLIs LVX sIt, eatqVe tVI.
 ParVa reCens teneros nVnC Anna eXCLVserat VngVes,
 sCaLDIs VbI LIqVIDas In freta VoLVIt aqVas.
 hVIC oCVLVs CæLI VItlo qVasI LIppVs, & eXpers
 LVMInIs, & stILLans VsqVe sInIster erat.
 LIppaqVe sIC LVstrIs prope VIXerat ILLa DVobVs;
 NeC, Cerebro gVttas qVI Vetet, VLLVs aDest.
 QVIn qVoqVe pLVs aCles Ipso VItlatVr ab VsV:
 HanCqVe oCVLo CæCaM tertIVs annVs habet.

CLarVs

ELEGIA QUINTA.

Cæcitas ab oculis depulsa.

Cum tuus hinc illinc excurrit in æquora vates;
 Sanctaque visa tuâ gesta tot urbe refert;

Huc age nunc rursus celeres exporrige vultus:

In tua tot lucis signa, Malina veni.

Sit licet hæc Dextræ pictis venientis ab Indis;

His quoque nunc terris lux quasi facta tua est.

Hæc ex luce tuos partiris, habesque triumphos:

Cultus & ipse tuæ plus locus urbis erit.

Lenta loquor, nunc est: huc jam vicinia supplex,

Et Bavarus, Teuto, Celta, Britoque venit:

Quisque sit hinc fructus si volvere coner; ubique

Ilias est chronicis iusta futura meis.

Plura liquent vulgò, nos plura silebimus illi:

Pauca placet versu, veraque gesta sequi.

Nec licet Hyblæas, tot & inter olentis Hymetti

Erret opes; cunctas Attica gustat apis.

Hæc vel ab historia (taceo sic mille) liquebit

Xaverii qualis lux sit, eatque tui.

Parva recens teneros nunc Anna ^(e) excluserat ungues;

Scaldis ubi liquidas in freta volvit aquas.

Huic oculus cæli vitio quasi lippus, & expers

Luminis, & stillans usque sinister erat.

Lippaque sic lustris prope vixerat illa duobus:

Nec, cerebro guttas qui vetet, ullus adest.

Quin quoque plus acies ipso vitiatur ab usu:

Hancque oculo cæcam tertius annus habet.

(e) Anna Bael
 Antverpiensis
 1660.26. Mar-
 tii. Mechliniæ.

CLarVs erat DeXter, seD & hVnC nVbeCVLa teXIt:
 Et VeLVt asperso pVLVere taCtVs erat.
 CreVIt & hIC pVLVIs, ViresqVe à LVMIne traXIt:
 FaCta LeVIs reLIqVo peLLIs In orbe fVIt.
 Ergo IVbar soLIIs frVstra, soLeMque reqVIRIt:
 Vna tenet VIsVs noX DIVtVrna sVos.
 LVCe Carent oCVLI; soLI fLetVsqVe sVpersVnt,
 QVI tenero VVLtV fLVMInIs Instar eVnt.
 CVr fLes Anna? tVo CVr pVLsas CoMplta qVestV?
 LabItVr eX oCVLIIs IrrIta gVtta tVIs.
 Ah! bene sI sCIres, oCVLIIs hIs Cernere noLLES:
 Tartareo, nesCIIs; sVnt In aMore faCes.
 Non tot ab EVXIno, VersaqVe PropontIDE pVppes;
 LVMInIbVs VVLgò qVot perlere sVIs.
 TroIa potens staret; nIsI perDIta FILIa LeDæ
 Rapta foret parIDIs LenIter ore VIRI.
 sVnt oCVLI sCopVLI: sVnt perfIDA saXa pVeLLIs;
 HeV! qVIBVs anneXæ tot CeCIDere rates.
 pone MetVs VIRgo; nIhIL hIC VeXaberIs ILLIs:
 VIX, oCVLIIs faLLI CVr VerearIs, habes.
 FLet taMen Anna, sono neC ConsoLABILIs ILLO est:
 Et baCVLo Lentas tentat InIre VIas.
 Ah! qVIBVs eXpensIs, qVIBVs heV! Matertera CVrIs
 Non stVDVIt neptI prona faVere sVæ!
 At qVIA nVLLa IVVant; & hVIC non paVCa LegVntVr
 InCLyta XaVerII tot benefaCta ManVs;
 Anna VoVe, DIXIt: tVVs VnVs Is Vrbe MaLIInâ,
 QVI tenebras præsens has LeVet, AVtor erIt.
 DIXIt; & aVspICIIs aVeCta faVentIbVs eXIt;
 sVppLICat aC DIVo LenIter ILLa sVo.

MIRACULIS S. FRANCISCI XAVERII.

67

Clarus erat dexter; sed & hunc nubecula texit:

Et velut asperso pulvere tactus erat.

Crevit & hic pulvis, viresque à lumine traxit:

Facta levis reliquo pellis in orbe fuit.

Ergo jubar solis frustra, solemque requirit.

Una tenet visus nox diuturna suos.

Luce carent oculi; soli fletusque supersunt,

Qui tenero vultu fluminis instar eunt.

Cur fies Anna? tuo cur pulsas compita questu?

Labitur ex oculis irrita gutta tuis.

Ah! bene si scires, oculis his cernere nolles:

Tartareo, nescis, sunt in amore faces.

Non tot ab Euxino, versæque Propontide puppes,

Luminibus vulgò quot periere suis.

Troia potens staret; nisi perdita filia Leda

Rapta foret Paridis leniter ore viri.

Sunt oculi scopuli: sunt perfida saxa puellis;

Heu! quibus annexæ tot cecidere rates.

Pone metus virgo; nihil hîc vexaberis illis:

Vix, oculis falli cur verearis, habes.

Flet tamen Anna, sono nec consolabilis illo est:

Et baculo lentas tentat inire vias.

Ah! quibus expensis, quibus heu! matertera curis

Non studuit nepti prona favere suæ!

At quia nulla juvant; & huic non pauca leguntur

Inclyta Xaverii tot benefacta manus:

Anna vove, dixit: tuus unus is urbe Malinâ,

Qui tenebras præsens has levet, Autor erit:

Dixit, & auspiciis aucta faventibus exit,

Supplicat ac Divo leniter illa suo.

Sancte

MECHLINIA ILLUSTRATA

sanCte pater, DIXIt; sVppLeX tIbI CernItVr orbIs,
 gestaQVe CæLItIbVs VIX faCIenDa faCI:;
 AVspICe te DIVo tot IVssa CaDaVera VIVVnt,
 TotqVe patent preCIBVs CLaVsa sepVLChra tVIs.
 ADIICe serVatIs DVpLICes hos LVClS oCeLLOS;
 QVos VoVet eXVVIIIs, sI sInIs, Anna tVIs.
 LVX reDeat; VItæ reDIIsse VIDebItVr VsVs:
 TV LargItor Iô! pIgnorIs hVIVs erIs.
 LVX erat hæC feLIX, Lætæ LVX qVarta noVenæ;
 ECCE pIVM PhœbI prospICIt orbe IVbar.
 ObstVpVIt: VoIsqVe frVens, eXaVDIor, InqVIt:
 Et bene speratVM posCIt, & Vrget opVs.
 VLtIMa LVX fVLsIt: VenIt, Instat; & InsVper IpsIs
 peLLICVLIs oCVLVs LIber & orbVs abIt.
 TVM Verò InstaVrat noVa festa noVenDIA VoIs,
 XaVerloqVe noVas annVIt Ipsa faCes.
 QVoqVe MagIs serVet, VIsVs serVentlor eXtat:
 offICIo pVgnant DIVVs & Anna sVo.
 DoneC, Vt hIC prope seXta Dies ILLVXerat; Iô!
 Annæ oCVLI VIsV ConVaLVere sVo.
 GrataqVe XaVerII DeXtræ sVa teCta reVIsIt:
 CæCaqVe qVo VeCta est, nVnC peDe CarpIt Iter.
 IaMqVe veLVt LynCeVs popVLo LVstrante tVetVr:
 fILaqVe sVbtILI neCIt & VnIt aCV.
 Non sIC LanfICas artes traCtaret AraChne,
 NeC parIter teLæ fILa MInerVa sVæ.
 soL Ita XaVerIVs nIgrIs reDIVIVVs ab orIs
 VrIt & In fines vsqVe, MaLIna, tVos.
 Vre preCor LVX pLena tVos hoC LVMIne BeLgas,
 QVasqVe VenVs fLVXas affLat ab ore faCes.

Sancte Pater, dixit: supplex tibi cernitur orbis

Gestaque Cælitibus vix facienda facis.

Auspice te Divo tot iussa cadavera vivunt;

Totque patent precibus clausa sepulchra tuis.

Adjice servatis duplices hos lucis ocellos,

Quos voveret exuviis, si finis, Anna tuis.

Lux redeat; vitæ rediisse videbitur usus:

Tu largitor iô! pignoris hujus eris.

Lux erat hæc felix, lætæ lux quarta Novenæ:

Ecce pium Phœbi prospicit orbe jubar.

Obstupuit: votisque fruens, exaudior, inquit:

Et bene speratum poscit, & urget opus.

Ultima lux fulsit: venit, instat; & insuper ipsis

Pelliculis oculus liber & orbis abit.

Tum verò instaurat nova festa Novendia votis;

Xaverioque novas annuit ipsa faces.

Quòque magis fervet, visus ferventior extat:

Officio pugnant Divus & Anna suo.

Donec, ut hîc prope sexta dies illuxerat; iô!

Annæ oculi visu convaluere suo.

Grataque Xaverii Dextræ sua tecta revisit:

Cæcaque quo vecta est, nunc pede carpit iter.

Jamque velut Lynceus populo lustrante tuetur:

Filaque subtili nectit & unit acu.

Non sic lanificas artes tractaret Arachne,

Nec pariter telæ fila Minerva suæ.

Sol ita Xaverius nigris redivivus ab oris

Urit & in fines usque Malina tuos.

Ure precor lux plena tuos hoc lumine Belgas;

Quasque Venus fluxas afflat ab ore faces.

50 MECHLINIA ILLUSTRATA
HeI MIHI! qVot faLsIs oCVLos hæ nVblbVs VrVnt!
HeV! qVot & eXCæCant, neC bene VeLLe sInVnt!
HIs proCVL oppressIs tIbI pheebo LaVrea VICtrIX;
AtqVe oCVLLIs MeLlor sIC qVoqVe VIsVs erIt.

ELEGIA SEXTA.
Pestilens febris attactu Xaverianæ
Imaginis subitò perfanata.

Miraculum hoc approbatum

AMPLISSIMO AC REV. ADMODUM DOMINO
D. JUDOCO HOUBRAKEN

Vicario Generali Sedis Sylvæduconsis vacantis. 19. Martii. 1664.

QVot CæLI steLLas, & habent noVa graMina fLores;
Et parIt æstiferos terra CILIssa CroCos;
tot qVoqVe sVnt VrbIs noVa Læta trophæa MaLInæ:
XaVerII rVrsVs DeXtera testIs erIt.
Testes, qVI VICtâ tot LethI eX faVce resVrgVnt:
FIXaqVe sVbLIMI sCVta tot aLta LoCo.
NVLLa LVes, LangVorqVe noVos Ita gLIsCIt In artVs;
HVnC eXoratâ qVIn LeVet ILLe ManV.
Aeger es; hVC propera: spes LangVeat Ipsa MeDentIs;
SI properas, Isto sospIte sospes erIs.
NVper ID eXperta est CatharIna IVVenCVLa LVCrans
fertILlor syLVæ qVâ DVCIs eXtat ager.
Atra LVes grassans BreDæ VItIaVerat aVras;
VIRgInIbVs MIXtas abstVLERatqVe nVrVs.
HoC qVoqVe CorrepVs fVIt hVIVs aVVnCVLVs IgnI:
Chara soror soCias attVLLIt ergo ManVs.

QVo